



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Remedia aliquot contra peccatum veniale adhibenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

ne di à peccato veniali, nunquam illius consequetur remissionem, quamuis etiam sæpius confiteatur.

S. Catharina Senensis affirmat; Quod Deo supra modum displiceat, culpa sæpius iterata & neglecta, quamuis minima, Doctor quidam Dicit: Quod, quæ admodum mulier aliqua non statim, sed paulatim fit meretrix, sic qui parvipendit peccatum veniale, paulatim fiet magnus peccator.

Sicut domus non statim corrumpitur, sed paulatim, sic & vestis non vnica vice, sed sensim conteritur seu consumitur. Ita quoque per peccata venialia & minima pedetentim homo disponitur ad lapsum in maiora & grauiora. Vnde Scriptura dicit: Qui nõ curat vel negligit parua, paulatim incidet in maiora.

Rem. dia aliquot contra peccatum veniale adhibenda.

Primum remedium est, Manè proponere sibi, potius mori, quàm illo die scelerè committere aliquod peccatũ mortale, & a hoc implorare diuinũ auxiliũ.
2. Tollere omnes occasiones peccati venialis, hoc est, conuersationem locorum, colloquiorum, & similibus pericula.

3. 1.

3. Si animaduertit se incidisse in aliquod peccatum veniale, dolere statim, rogare veniam, & proponere emendationem in posterum.

4. Quando necessario tractandum erit aliquid, & hoc non sine periculo peccati venialis, commendabit se imprimis Deo, & in tractatione postea, mentem sapius eleuabit in Deum, & acquirat sibi habitum frequenter dicendi, Deus in adiutorium meum intende.

5. Examinare bis in die conscientiam suam, facere aliquam poenitentiam, ad minus vespere.

6. Perseuerare in frequentatione Sacramentorum.

7. Perpetuam habere custodia, & cordis sensum, & maxime linguæ, facere sibi habitum cogitandi sapius de presentia Dei, & Angeli custodis, cui se commendabit sapissimè.

Quod vidua à tribus peccatis, sibi debet, quam diligentissimè cauere, quæ frequentanti Sacramenta, maxime sunt contraria.

Tria peccata oportet euitare, quæ sanctissimo Sacramento omnibus modis sunt contraria.

Primum.

¶ SPECVLVM.

Primum & principale est superbia; hostis Dei capitalis, sibi enim, qui soli Deo debetur, attribuit honorem & gloriam, hinc Deus superbiæ valde & semper resistit, vti principio omnis peccati. Et quomodo audebit vel præsumer cor superbum suscepisse corpus illius, qui se humiliavit vsque ad mortem? Cuius tota vita fuit exemplar humilitatis? qui potissimum venit in hunc mundum, ut hanc sanctam virtutem doceret & verbis & exemplo? Et qui tantum se etiamnum humiliat, ut dignetur sub specie panis & vini existere, & tam frequenter ad nos venire, & nobiscum manere; qui toties illum grauius offendimus, & vix ille suscepto, iterum offendimus.

Debet igitur vidua valde humiliter de se sentire, & quicquid boni habet totum Domino Deo acceptum ferre, reddere ipsi gloriam & honorem de omnibus, reputare se alijs omnibus & inferiore & magis indignam, considerando, quod si Deus tribuisset alijs, quod sibi concessit, nempe bonam voluntatem, auxilia temporis, & commoditatem seruendi ipsi & bene operandi, inspirationes quoque, & totificationes internas, multo forent meliores ipsa.

VIDUITATIS. 119

ipsa, & erga S. D. Maiest. magis grata,
& sine vlllo dubio, proximo suo essent,
ono exemplo.

Secundum peccatum est odium, &
rancor animi; Quæ enim maior temeri-
tas excogitari potest, quàm cum rancore
suscipere illum, qui dum omnibus
spoliaretur, fama etiam & ipsa vita, suis
crudelissimis inimicis cõdonavit om-
nia clamans. *Pater ignosce illis, &c.* Et qui
tãroperè nobis minatur nō velle se no-
bis dimittere, nisi & nos dimittamus a-
lij? Et si prius non simus reconciliati
proximo nostro, nihil illi gratū est, quic-
quid fecerimus; Et audiamus quid di-
cat S. Augustinus circa hanc materiam.

Quoties dicit ille. *fratres charissi-
mi, multis celebrare solemnitates Do-
mini, supra omnia fugite ebrietatem,
repugnete iracundie, sicuti crudelissimæ
bestiæ, expellite ex corde vestro odium,
sicut venenum mortiferum; & in vobis
tantus sit charitatis ardor, qui non solū
se extendat ad amicos; sed etiam ad ini-
micos, vt iecurè possitis dicere in orati-
one Dominica: Dimitte nobis debita
nostra, sicut & nos dimittimus debito-
ribus nostris.*

Si hæc dicit S. Augustinus in celebra-
tione Festiuitatum Domini, quid po-
stca

postea erit, quando quis suscipiet Corpus, Sanguinem, Animam & Diuinitatem ipsius Domini.

Tertium peccatum contrariū huic Sacramento, est immunditia, capitalis inimica Huic carni castissimæ, mundissimæ ac purissimæ ipsius Christi. Mundi enim corde & corpore tantum gustant hoc Sacramentum; Dæmonium autem, vocatur Spiritus immūsus, inter cætera nouina quæ habet; quia nocte dieque nos peccatis, & cogitationibus immundis, varijsq; illecebris infici, illa quiari, & hoc, ut contaminemur ac polluamur, & corpore, & mente, & sic nunquam audeamus accedere, seu appropinquare ad hoc Sacramentum, vitio carnis ad eò contrarium; Cum constet experientia, nullum aliud esse peccatum, quod hominem reddat magis similem bestijs, atque ipsa luxuria, quæ nos quàm maximè elongat atque separat ab hoc S. Sacramento: quod indicat Euangelium, de illo, qui inuitatus ad nuptias, respondit; *uxorem duxi. nō possum venire.* Si ergo inordinatus amor uxoris vel mariti, carperet impedire, quid obsecro de reliquis erit? Quotidiana experientia docet, quòd viduæ vanæ & lasciuæ, & quæ nō sunt ad eò boni nominis;

minis, rident alias, quæ sacramenta frequerant, sed audiat quid D. Augustinus dicat.

Preco vos & admoneo, in quantum possum, vt Dei gratia adiuuante, in hoc laboremus omnes, vt sincera & pura conscientia, mundo corde & casto corpore accedamus ad altare Domini, & digni simus suscipere corpus & sanguinem suum, non ad iudicium & condemnationem, sed ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam animarum nostrarum, quia in Christo, tota vita & salus nostra consistit, sicut ipsemet dicit in Euangelio, Muret igitur vitam suam, qui hanc vitam vult suscipere, quia si non mucauerit, ad iudicium sumet vitam, & potius ab ea corrumperetur, quam sanabitur, potius occideretur, quam viuificabitur, sicut dicit Apoll. hæc, hucusque S. August. loquitur.

S. Paulus scribens ad eos, qui in primitiua Ecclesia solebāt quod die communicare, vnum quod maximè cupiebat cordibus eorum imprimere, erat horror & immortale odium, quod debebant semper habere contra peccatum immunditiæ. Nunc enim dicebat, quod hoc peccatum coinquinabat & corpus & animam; Nunc verò quod maxi-
ma

1. Cor. 6. ma iniuria afficeret corpus CHRISTI
 & TRI INQUIENS; Nescitis quod corpora
 vestra membra sunt CHRISTI:
 tollens ergo membra Christi faciam mem-
 bra meretricis? absit. Aliquando etiam
 dicebat: quod violabat templum Dei:
 Ibidem enim paulò inferius dicit: An
 nescitis, quoniam membra vestra templum
 sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem
 1. Cor. 2. habetis à Deo, & non estis vestri? Nonnu-
 quam dicit, quòd hoc peccatum facit
 Gal 5. hominem brutis similem, inquit enim
 animalis, aut è homo non percipit ea,
 quæ sunt Spiritus Dei, &c. Alibi dicit
 1. Thes. 4. de operibus carnis; Luxuria immundi-
 Ephes. 5. tia, &c. quoniam qui talia agunt regnum
 Dei non consequentur: Iterum alibi: Non
 enim vocauit nos Deus in immunditiam,
 sed in sanctificationem Iterum dicit ali-
 2. Tim. 7. bi: Fornicatio autem & omnis immundi-
 tia, auaritia, nec nominatur in vobis, sicut
 decet Sanctos: Item: Dei voluntarem
 esse, vt simus casti & sancti, &c. Quan-
 toperè autem reprehendat viduas lasciu-
 uas, easque Timoth. suo deuitandas
 præcipiat hoc ibidem latius videre est.

Quomodo vidua debeat vitare & fugere
 omnem peccandi occasio-

¶.¶.¶.

Si